TABVLA III EVROPAE
SINVS CANTABRICVS
GALLIE PARS
OCEANVS OCCIDENTALIS
HISPANIA
TARRACONENSIS
LVSITANIA
BETICA
MARE IBERICVM
MARE BALEARICVM
Baleares insule dicte gimnesie
Pithiuse insule due
Clima 6
Cli 5

TABVLA II EVRO

ET PRIMO DE HISPANIA

HISPANIA MAXIMA Europe regio, terris optimis cōparāda nullis pꝰ habēda frugū copia, ſiue ſoli vbertatē ſiue vinearū prouētus, ſiue arborarios reſpicere velis: omni materia affluit, quecumqꝫ aut pretio cara eſſe poſſit: aut vſu neceſſaria, adeo vt non ipſis incolis tātum, verū etiam Italie vrbiqꝫ Rome cunctarum rerum abundantiam ſuffitiat. Argentū gemmas et aurum, ſi requiras habet. ferrarijs nuncqꝫ deficit nec cedit vitibus: vincit oleis: nihil otioſū inea nihil ſterile non coquūt ibi ſales ſed effodiunt Non violento ſole torretur vt Aphrica neqꝫ aſſiduis vētis, vt Gallia fatigatur: ſalubritas cœli per omnē regionem equalis nulla paludū graui nebula inficitur, ſed marina aura perflatur. lini. ſpartiqꝫ in ea vis ingens, minij certe nulla feratior terra. Curſus amniū non torrentes, rapidiqꝫ vt noceant, ſed lenes et vineis campiſqꝫ irrigui. eſtuarijſqꝫ oceani affatim piſtoſi. In nulla tn̄ re magis olim condempnata eſt, qꝫ equorum pernicitate, quos ibi a vento concipi memorie proditum eſt. Fuit olim tota hiſpanie terra (vt nihil obmitatur quod adregionis cōgnitionē attinere cognoſcitur diuiſa in vlteriorē et citeriorem Hiſpanias Citerior eadē que Tarraconenſis ad Pyrenea vſqꝫ iuga protenditur: vlterior in duas per longitudinē prouintias diuiditur in Bethicam et Luſitaniam. Superioribus annis hiſpania in regna quinqꝫ diuiſa eſt, ſcz. in Caſtelle, Arragonum, Portugalie. Nauarre et Granate.

DE LVSITANIA

LVSITANIA que et hodie Portugallia appellatur: Populos habetur hiſpanie fortiſſimos, ſcrutatores in ſidioſos, veloces agiles, atqꝫ verſatiles. Scutis duū pedū latitudine vtuntur curuis, ad anteriora ſpectantibus, quibus neqꝫ ſibula neqꝫ anſa vlla eſt: his in bello ea agilitate, vtūtur, vt et ictus et ſagittas euitent. Gladiolus aut pugio lateri adheret. Plurimi lineos thoraces habēt: perpauci loricis vtūtur, aut criſtatis caſſidibus, nonnulli neruatis galeis. Iaculum longe iaciunt et ſumma arte, inatie diutius perſeuerāt mobili corpore leuiqꝫ, vt facile et fugiant hoſtē et inſequātur.

TABVLA II EVROPAE

SECVNDA Europe tabula cōtinet Iſpaniam ἰσπανίαν totam in tres pꝛuincis paratitam: cum inſulis ſibi ad iacentibus.

Parallelus per eius mediū ductus pꝛportionem habet ad meridianū: quiā tria ad quatuor fere.

Circumſcribitur autem tabula

Ab oriēte Pyreneis montibus πυρηναίων ὀρῶν.

A meridie Balearico βαλιαρικου. & Iberico ἰβηρικου. pelago fretoqꝫ Herculeo ἡρακλεῖο πορθμου. & parte exterioris maris της ἐκτός θαλάσσης

Ab occaſu oceano occidētali λυτικου

Ab Arcto oceano Cantabrico καντάβριον.

Luſitanie prouincie λουσιτανίας σατραπείας.

Norba Ceſarea νωρβα καισάρεια maximam diem habet horarum. 14 1/2 1/12. & diſtat ab Alexan. verſus occaſum hor. 3 1/2

Auguſta hemerita αὐγουστα ημεριτα maximam diem habet horarū 14 1/2 1/3. & diſtat ab Alexan. verſus occaſum hor. 3 1/2

Betice βαιτικης.

Iſpalis ἰσπαλις. habet maximā diem hor. 14 2/3. & diſtat ab Alexan. verſus occaſum hor. 3 1/2

Corduba κορδουβη maximā diem habet ho. 14 2/3 et diſtat ab Alexā. verſus occaſum hor. 3 1/3 1/15

Tarraconenſis ταρρακωνησιας.

Aſturica auguſta ἀστυρικα αὐγουστα maximā diem habet hor. 15 1/2 1/12. & diſtat ab Alexā. verſus occaſum hor. 3 1/3 1/15

Noua Carthago νέα καρχηδων habet maximā diem habet hor. 14 2/3. & diſtat ab Alexan. verſus occaſum hor. 3 1/6

Tarracon ταρρακων maximam diem habet ho. 15 fere. & diſtat ab Alexan. verſus occaſum hor. 2 1/2 1/3 1/12

Clunia κλουνια maximam diē habet hor. 15 1/6. & diſtat ab Alexā verſus occaſum hor. 3 1/4

Ceſarea Auguſta καισάρεια αὐγουστα. maximam diem habet hor. 15 1/12. & diſtat ab Alexa. verſus occaſum horarum. 3 1/15

Gadira γάδειρα inſula maximam diē habet hora. 14 1/2. & diſtat ab Alexan. verſus occaſum hora. 3 1/3

E-106

2850

Carta 13

TABULA II EUROPA — GRAVURA em madeira de L. FRIES edição de J. GRÜNINGER 1525
comprada em 24/10/1990 no leilão (..... depois do leilão) nº 44) lote nº 2850
de Reiss and Auvermann na Alemanha
por cerca de 693 DM que valiam a 61.000$00

COLECÇÃO DE MAPAS NABAIS CONDE
0106